MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS IV: 1.7. 1.9.)
Melk, um 1470 Seite 101v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift



in signia dimissis eius typicis
intellectibus iuxta euangeliorum
assertionem paucis scribam eloqui.
quatinus intanta eius uite prolixi
tate lectoribus non sit ~~onerosum~~ fa
stidium. nec audientium memorie
sit onerosum. sed fidelium pie imita
tionis fiat exemplum. Venerabi
lis hospita xpi martha. pago ie
rosolimitano opido bethanico. e
gregiis heroibus regalis prosapie.
syro patre. eucharia matre exti
tit oriunda. cuius uterim fuere
beata maria magdalena et la
zarus. quem ab orco et busto susci
tauit eorum uerus hospes. suscitator
omnium seculorum xpus. Nobilis an
tiqua decurrens. prole parentum. no
bilior gestis. nunc super astra ma
net. Nec nanque ab infantia
omnium creatorem ualde dilexit. et
hebraycis apicibus docta. prime legis
preceptis subdita. corpore uenusta.
facie decora. eloquiis luculenta.
muliebribus operibus pulchre eru
dita. inter omnes matronas pius
moribus excellens. culmine prima
persona. sensu et opere non secunda. carita
te redundans. castitate pollens
uiriles contractus omnino uitabat.
Nusquam legitur hanc uirum habuis
se. nec hominis contuberniu sub
isse. Quamuis eius pater syrie et
maritime multarumque orarum
dux extitisset egregius. qui post disci
pulorum dominicorum dispersionem
athemensium ciuium predicator fuit
fidelissimus. tamen hec cum prefato fratre
et sorore tria opida. magdalum scilicet
et bethaniam utramque et ierosolimi

tane urbis partem iure heredita
tis matrine possidebat. et precunctis
parentibus dominium habebat. quo
sensu et probitate habundantior et
potentior erat. Cunctisque gaudiis
erat opima. militibus et famulis
suis datrix non stricta. conuiua fa
mosa. in administratione dapum
ualde perita. Quod ut sacra assert
eloquia. ubicumque dominus ad conuiua
uenit. et illa intererat. martha
amore domini ex more ministrabat.
Nam cum esset dominus ihesus in betha
nia in domo simonis leprosi. et face
rent ibi cenam magnam. martha
ministrabat ad decus illius qui lazarum
resuscitauerat. et alibi inquit. quia
martha satagebat circa frequen
ministerium. In hospitalitate que
apud nos non debet paruipendi. per
quam abraham. loth et iosue. et
multi alii placuerunt deo. et angeli
etiam hospicio susceptis ualde fu
it intenta. omnium sedula hospita
trix pyssima. Omnis tam domes
ticus quam barbarus super uenien
ad latrem eius bethanicam. quicquid
petebat accipiebat. Vnde contig
it ut ipsum dominum hic diligere ce
perit. et illum hospicio suscepit. et
ipse qui amator est omnium et in
omnibus nobis. ut in beato petro
apostolo dilectionem requirit. petre
amas me. tantum eam diligebat.
quod magis in eius ede quam alibi
hospitari uolebat. Nam cum ipse
dominus ut euangelium tradit. die quodam
in ierusalem predicaret. sero reuertebatur
bethaniam. ubi erat amicus eius lazarus
cum maria et martha sorori